

CERTIFICAZIONE LATINO TRENTO 2020

PROVA LIVELLO A

1. Dum haec in Venetis geruntur, Quintus Titurius Sabinus cum iis copiis, quas a Caesare acceperat, in fines Venellorum pervenit. 2. His praerat Viridovix ac summam imperii tenebat earum omnium civitatum, quae defecerant, ex quibus exercitum conscripserat magnasque copias coegerat; 3. atque his paucis diebus Aulerci Eburovices Lexoviique senatu suo interfecto, quod auctores belli esse noblebant, portas clauerunt seseque cum Viridovice coniunxerunt. 4. Magnaque praeterea multitudo undique ex Gallia perditorum hominum latronumque convenerat, quos spes praedandi studiumque bellandi ab agri cultura et cotidiano labore revocabat. 5. Sabinus idoneo rebus omnibus loco castris se tenebat, cum Viridovix contra eum duorum milium spatio consedisset cotidieque productis copiis pugnandi potestatem ficeret, ut iam non solum hostibus in contemplationem Sabinus veniret, sed etiam nostrorum militum vocibus nonnihil carperetur; 6. tantamque opinionem timoris praebuit, ut iam ad vallum castrorum hostes accedere auderent. 7. Id ea de causa faciebat quod cum tanta multitudine hostium, praesertim eo absente qui summam imperii teneret, nisi aequo loco aut opportunitate aliqua data legato dimicandum non existimabat.

1. Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto SEI PAROLE scelte fra quelle elencate dopo il testo (indica il numero nello spazio bianco):

Interea Quintus Titurius Sabinus cum copiis a Caesare **missis** apud Venellos pervenit. Venellorum **imperator** erat Viridovix et omnium rebellium civitatum. Ex iis Viridovix magnum exercitum instruxerat. In **hoc** breve tempore, cum suos patres conscriptos bello contrarios occidissent, Aulerci Eburovicesque et Lexovii, postquam portas occluserant, Viridovicem **secuti sunt**. Iis se coniunxerunt etiam multi dissoluti atque latrones, qui, agrorum cotidiano labore relicto, ex tota Gallia pervenerant, ut praedarentur ac pugnarent. Viridovix castra posuit duo milia passuum longe a Sabino et suum exercitum producebat, ut **pugnam** committeret. Sabinus autem in castris tutus manebat et idcirco ab hostibus contemnebatur et a suis quoque reprehendebatur; tam pavidus videbatur, ut hostes usque ad castrorum aditum audacter progressi sunt. Tamen id faciebat quia putabat absente imperatore idoneo tantum loco atque tempore opportuno tantos hostes **pugnandos** esse.

pugnandos, cum, **secuti sunt**, pacem, dux, **pugnam**, bellandi, **missis**, missos, secutos sunt,
imperator, hoc

**2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e BARRA LA RISPOSTA ESATTA
(VERO/FALSO) (6 punti)**

- | | |
|--|---|
| 1. Caesar Viridovici copias paravit | F |
| 2. Senatus Aulercorum Eburovicum Lexoviorumque bellum probabat | F |
| 3. Multi latrones bellum potius quam agrorum laborem maluerunt | V |
| 4. Romanorum castra in loco omnibus rebus apto posita erant | V |
| 5. Romani milites Viridovicis rationem plaudebant | F |
| 6. Sabinus credebat imperatore absente legato bellum non gerendum
esse sine opportunitate locorum et temporum | V |

**3. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano,
E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (N.B.: fa fede solo
quanto trascritto nella tabella) (8 punti)**

1. Quando Sabinus in fines Venellorum pervenit?
 - a) Postquam ipse a Caesare acceptus est
 - b) Dum haec Romae geruntur
 - c) **Cum haec in Venetis fierent**
 - d) Postquam is Venetos reliquit
2. Quibus praerat Viridovix?
 - a) Venellis
 - b) **Venellis atque omnibus civitatibus quae defecerant**
 - c) Caesaris militiis
 - d) Venetis
3. Cur Aulerci Eburovices Lexoviique suum senatum interfecerunt?
 - a) **Quia bellum suspicere nolebant**
 - b) Quia contra Romanos pugnare volebant
 - c) Quia civitatum portas clauerant

- d) Quia auctores belli erant
4. Quae nationes se cum Viridovice coniunxerunt?
- a) **Aulerici Eburovices Lexoviique**
 - b) Venelli
 - c) Romani
 - d) Aulerci et Eburovices
5. Cur multi latrones pervenerant undique ex Gallia?
- a) **Quod sperabant se praedatueros atque bellatueros esse.**
 - b) Quod spe cotidiani laboris revocabantur
 - c) Quia Galliam perdiderant
 - d) Quia agros colere studebant
6. Ubi Viridovix consederat?
- a. Loco rebus omnibus idoneo
 - b. **A Sabino dua milia passuum longe**
 - c. Contra duos milites Sabini
 - d. Apud Sabinum
7. Cur ab hostibus Sabinus contemnebatur?
- a) Quia cotidie pugnandi potestatem faciebat
 - b) Quia a vocibus Romanorum militum nonnihil carpebatur
 - c) Quod hostes contemnebat
 - d) **Quia castra non relinquebat**
8. Cur hostes ad vallum castrorum accedere ausi sunt?
- a) Quia voces Romanorum militum audiverant
 - b) **Quia Sabinum se timere credebant**
 - c) Quia Sabinus proelium committere volebat
 - d) Quia Sabinus eos timebat

4. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base al testo letto, E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (N.B.: fa fede solo quanto trascritto nella tabella) (8 punti)

1. *Dum* è:

- a) congiunzione temporale
- b) congiunzione causale
- c) avverbio temporale
- d) preposizione

2. *quibus* è:

- a) pronomine dimostrativo
- b) pronomine relativo**
- c) pronomine interrogativo
- d) aggettivo dimostrativo

3. *interfecto* è:

- a) participio perfetto dativo
- b) participio presente ablativo
- c) participio perfetto ablativo**
- d) participio presente dativo

4. *quod* è:

- a) pronomine relativo
- b) congiunzione causale**
- c) pronomine interrogativo
- d) congiunzione dichiarativa

5. *praedandi* è:

- a) gerundio**
- b) gerundivo
- c) participio presente
- d) perifrastica passiva

6. *cum* è:

- a) congiunzione subordinante
- b) preposizione
- c) congiunzione coordinante correlativa
- d) avverbio di luogo

7. *ea* è:

- a) pronomo personale nominativo plurale
- b) aggettivo dimostrativo ablativo singolare**
- c) avverbio di tempo
- d) pronomo dimostrativo ablativo singolare

8. *imperii* è:

- a) nominativo plurale maschile
- b) genitivo singolare neutro**
- c) genitivo plurale neutro
- d) dativo singolare neutro

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito (4 punti)

Trasforma le seguenti proposizioni adattandone la sintassi alla nuova forma suggerita sotto ogni rispettiva proposizione.

Il contesto sintattico originario va tenuto in considerazione nell'elaborazione della risposta corretta.

La nuova forma verbale deve essere corretta grammaticalmente e va digitata correttamente senza errori tipografici per poter essere considerata valida.

Esempio:

Proposizione originale: *Interim invasit Alboinus Italiam totam*

Nuova proposizione suggerita: *Interim Italia tota ab Alboino _____*

Risposta corretta: *Interim Italia tota ab Alboino **invasa est***

1. *Dum haec in Venetis geruntur*

Cum haec in Venetis **gererentur**

2. *cum iis copiis quas a Caesare acceperat*

cum copiis a Caesare **acceptis**

3. *senatu suo interfecto*

cum senatum suum **interfecissent**

4. *cum Viridovix contra eum duorum milium spatio consedisset*

postquam Viridovix contra eum duorum milium spatio **consederat**